

b. 6. Micheas 1. d. 12. Denuntiāt cēsores, blasphemiam fore, si confundere omnia libeat. Quid mirū? neque vero meæ verecundiæ est, crimen reijcere, cui obnoxios faciūt omnes Dei Prophetas. Interea fateor, quū author malorū vocatur Deus, culpæ non esse affine mali nomen, quæ in Deum nullo modo cōpetit. Nam quæcunque Deus irrogat mala, iustitiæ eius nihil derogāt.

Marc. 2. d. 7.

Artic. 87.

Annotatio, Dei solius est remittere peccata.

*Censura*, Licet solus Deus authoritativæ & principaliter peccata remittat, eadem tamē sacerdotes hierarchici suo modo remittunt: quare hæc annotatio tollens confessionem sacramentalem & potestatem clavium, hæretica est.

De confessione, cui fucosum sacramenti nomen imponunt, alibi dictum est. Item, quomodo solius sit Dei peccata remittere. Nunc ad censuram breviter respondeo, mihi non licuisse magistraliter indicem ex rebus quæ nō erant, conficere. Qui subtilius sapere appetunt, axioma illud in Sorbona discant, Deum authoritativæ & principaliter, hierarchicos sacerdotes suo